



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. An non expediat nubere?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

sa hominis cum uxore, non expedit nubere.

QVÆSTIO I.

An non expedit nubere?

§. 1. QVæ ad quæstionem de repudio dicenda erant in c. 5 explicauit quo lectorem remitto. Cur diffi-
Græcum verbum *γαμωσι* commune est. Viro & fa-
minæ, actuum viro, passuum feminae conuenit.
atque ita *γαμω* tam de viro, quam de femina dicitur. Nolite eodem modo vsus est Latino Nubere, Syrus habet: *נשואין* Lemessab antheha, ad ducendam uxorem: Si ita est causa: siue tale negotium, ea nuptiarum conditio. Syrus, sitale est negotium inter virum & uxorem suam. Graue enim visum est, cum uxore leprosa, contentiosa, impia, totam vitam agere. Præsertim cum iam consuetudine dimittendi uxores Iudæi crebro, & proterue vterentur.

§. 2. Non sunt improbi, stulti, ingrati Apostoli, sed concludunt ex verbis Christi, quod verissimum est, cum sint tam crebra adulteria, repudia, zelotypia, odia, rixæ, præstare ab initio uxorem non ducere, quam huiusmodi consiliari malis. Calumniam est igitur Caluini, cum ait: Interim prodes se impia ingratitude, quod incommodi vnus metu, vel tadio, singulare Dei donum respuunt. Non enim coniugium respuunt, sed cœlibatū præferunt, sunt vero illa incommoda matrimonij, quæ facile sapientem ab eo deterreant. loquimur autem de matrimonio, qualia sunt passim inter coniuges, quæ diuini timore, & caritate difficultates non temperant. Verum hac de re S. Hieronymus consulendus est, alijque. Non tamen solum commendatus est, ex coniugij incommodis cœlibatus, sed etiam & multo magis ex proprijs prærogatiuis, non enim propter incommoda fugienda, sed propter regnum celorum se castrant, qui hoc capere poterunt.

§. 3. Ob hanc causam iam Apostoli, & Apostolici temporis cœlibes, matrimonia fugerunt, vt actius se Deo totos deuouerent. Et expositione scripturæ tradit perpetuus Ecclesiæ consensus & praxis. Quocirca Vorstius Tesseradecade, parte 2. contra doctissimum Pistorium, Philippum & Caluinum trepide excusat, quasi non negarint ante Sicutum Papam, imo Nicænum Concilium fuisse in vsu cœlibatū. Verum illi defendi sic non possunt, nam liberum fuisse volunt Episcopis & sacerdotibus contra testimonia Eusebij, Philonis, Clementis Alexandrini Chrysost. Nazianzeni, Tertulliani, Cypriani, Concilij Elibertini, Ancyran, Arelatenfis, Carthaginensis. 2. & 3. Trullani, Turocensis, 1. & 2. Toletani. 2. 4. 8. Nec fides hic habenda Polydoro Virgil. l. 5. de verum inuentoribus, nec Dunelmensi. Versiculo contra tot & tantos testes. Clemens Alexand. lib. 3. Strom. castitatem & illos qui illa donati sunt beatos dicit. Monogamiam etiam admirandam, & secundas nuptias si vtrius, consilii. Addit vero propter dilectionem in Dominum, & propter ipsum honestum amplecti, nos continentiam, & templum Spiritus sancti sanctificantes. Ostendit vero aliam esse rationem Christiani cœlibatus & gentilium, quorum multi infamiam, falsa castitatis specie virtutem iurebant. Nam multi, vt Marcion, alijque materiam malam dicebant accepta occasione ex Platon. de re publica, Eponomide, Heraclito, Pythagora, quæ impie dicit Marcionem ab illis accepisse. Græcos enim *δυσχεστους*, difficultatem quæ est in vsu spectasse, atque eo tendunt versus Tragœdi.

N 47

§. 4. An hæc eadem profectio sit cum illa, quæ est, ad Ioann. cap. 7. post hæc ambulabat Iesus in Galileam. non enim volebat in Iudeam ambulare, controuersum. Il. Iansenius in concord. Baron. in annal. Adrichom. Baradius eandem arbitrantur. Item Buissonius in sua concordia. Ratio est, quod discensus ille, de quo Ioannes agit, & de quo ceteri Euan-
gelistæ, extremus est, vnus igitur est. Quod si Iordanem de extremo agere negaris alio argumento Iordanem probare auctores illi non poterunt. Principio hinc controuersia est, diuerso tempore Christum venisse in Iudeam ex Galilæam nam primum venit cum ad Baptismum pergeret, deinde alijs quocumque vicibus. Deinde non est idem tempus de quo Ioannes & ceteri Euan-
gelistæ de illa profectio loquuntur, quæ præcessit proximè diem festum passionis, vt manifestum est, ex cap. 20. 27. & 29. & cap. 21. 1. & ex Marc. 13. 33. & 35. Hæc igitur profectio incidit in tempus proprium paschæ, & martium nostrum scilicet: at vero tempus de quo Ioannes loquitur longe diuersum est. Erat autem in proximo festum Iudeorum scenopæ-
giæ. Ioann. 7. 2. at vero multum distabant illa festa. Tabernaculorum enim festum celebratur mense septimo. Leuit. 23. 40. A quindécimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestre, celebrabitis festum Domini septem diebus, die primo & die octauo erit Sabbatum, id est requies. Sumetisque vobis die primo fructus arborum pulcherrimæ. Spatulasque palmarum, & rames ligni densarum frondium, & salices de torrente, & latibimini coram Domino Deo vestro, celebrabitque solennitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo celebrabitur festum, & habitabit in vmbaculis septem diebus omnium, qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis: vt discant posterit vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum viderem eos de terra Egypti.

Pascha autem mense primo celebratur. Exod. 12. Profectio igitur, de qua Ioannes loquitur contigit mense Septembri, hæc Martio vel Februario. Venit autem Ierosolymam, cum ipsum festum ageretur. Nec ignorant hoc illi auctores, sed respondent Christum venisse in festo scenopægiæ, ac deinde in Iudeam mansisse, & trans Iordanem transisse, donec a bello vectus Ierosolymam ingrederetur.

§. 4. Videtur illa conciliatio habere rationem aliquam, mihi tamen haudquaquam sufficientem. Nam Ioannes agit de eo tempore & profectio, cum Christus in ipso festo aduenit, absque circuitu viæ; ceteri Euan-
gelistæ de ea non agunt, sed de alio. Nam in eodem itinere dicta sunt quæ cap. 20. habentur. num. 17. Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur, loquitur autem de proxima traditione, non quæ post medium annum futura erat, nam paulo post venit Ierichuntem, & cap. 21. Ierosolymam totus contextus ostendit, continuum iter fuisse ex Galilæa vsque ad tempus quo triumphabundus ingressus est Ierosolymam. Marcus. 10. 32. erant autem in via ascendentes Ierosolymam & deinde subiungit. Et cum appropinquarent Ierosolyma. Itaque & hoc iter continuum est, vt totus contextus ostendit. Non est vnum igitur iter, sed diuersæ profectioes.

VERSUS 10.

Dicunt ei discipuli eius: si ita est cau-

*Non nascier prestat homini, quam nascier.
Dei filios acerbis cum doloribus
Enitor, enixa at stultos si pepererim,
Afflictor improbos videns, cum nil iuuet,
Rursusque si perdam bonos, salui at sient
Mihî misellum cor timore loquitur.
Quid vero hoc boni? non sufficit vnam
Perdere animam, nisi te afflictes amplius.*

Cum igitur tam multa in matrimonio occurrunt, quæ libertatem Spiritus impediunt, recte omnino Apostoli colligunt. Non expedire nubere, si illa vincula perpetua sint. Nec hoc mirum illos sensisse cum profani etiam scriptores, & philosophi sæpe ea de re idem senserint.

VERSUS II.

*Qui dixit illis, non omnes capiunt
verbum hoc.*

QUESTIO I.

Cur dicat non omnes capiunt verbum hoc?

§. 1. *Non omnes capaces sunt istius sermonis, scilicet ut iudicent, non expedire uxorem ducere, propter incidentes in coniugio difficultates, feruendique Deo impedimenta. Quæ omnia prolixè exponit Paulus. 1. Cor. 7. Etego in Commentario in eandem Epistolam, Capiunt, de intelligentia, nõ de dono castitatis accipiunt aliqui. Plerique tamen de dono castitatis. Quidam hoc donum omnino esse negant, qui vsum coniugij necessarium, ut cibum & potum arbitrantur. Hi multas nuptias concedunt, ut statuta ciuitatis Gebennæ, absente marito, certo tempore indulgent nuptias. Alij donum esse naturale, alij supernaturale, quod verum est: non enim hic de illis agitur, qui corporis defectu æger sunt, & ἀσχημοί.*

*Omnes
possunt ca-
pere.*

§. 2. Quod Dominus adiungit, qui potest capere, non indicat quibusdam incontinentiam esse impossibilem, sed hortatio est ad castitatem, ut qui possunt sibi imperare, & voluptates fugere, id faciant diuino adiutorio instructi. *Non omnes capiunt verbum hoc.* Augustinus ait Christum concedere, verum est quod dicitis, quia si talis est causa cum uxore, non expedit ducere. Enarrat. in Ps. 103.

§. 3. Græce dicitur χωρεῖν, quod de locorum capacitate dicitur. sensus est igitur quorundam eas esse angustias pectoris, ut capere tam ingens bonum, non velint, nec possint, nisi corde per gratiam dilatato. In animam enim angustam hoc donum admittere nequeunt. Si autem sese delectarint, si Deum rogarint, poterunt & illi, qui capere se posse negant.

*Liber est
calibatus.*

§. 4. Eadem mente intelligendum est, quod Dominus pronunciat. qui potest capere capiat, non enim legem conscientie dicit, sed consilium dat, & præmio inuitat. Qui pugnare potest pugnet, & triumphet. Theophyl. non cogit virginem esse Dominus, neque nuptias destruit, sed virginitatem præponit. Et Hieronym. lib. 1. contra Iovinianum. Proponit ἀγνότης & præmium inuitat ad cursum: tenet in manu virginitatis brauium, ostendit purissimum fontem: & clamat qui sitit veniat & bibat: qui potest capere capiat. Non dicit velis nolit, bibendum vobis est, atque currendum: sed qui voluerit, qui potuerit currere atque potare, ille vincet, ille sal-

uabitur. Maior enim res est, quam quæ inuitis imperare debeat voluntariam deuotionem postulat.

§. 5. Obijcit Beza, Non esse in nobis positum, nec in fide peti posse: nisi quis fortasse peculiarem habuerit promissionem. Itaque perpetua continentia votum, præterquam quod est mere temeritatis, peccatum etiam est: quum ex fide esse non possit: sicut etiam omni præcepto & puræ Ecclesiæ exemplo caret. Vt ipsa totam sæculi experientia comprobauit. Cum è contrario coniugium omnibus qui vtuntur, nempe vt ad opus iugium à Deo vocati præcipiatur.

Respondeo, mala quidem interpretatio est, sed non peior tamen, quam verbis præ se ferat, si enim temerarium est & peccatum, quia sine fide, hoc est, reuelatione, pari ratione omnia vota, imo fœderata temeraria cum nesciat, quamdiu possit præstare. 1. ne ad diem quidem vouere licebit: quid enim si eadem die vreretur. 2. Nemo sacerdotium in veteri testamento suscipere, fieri Nazareus &c. sine peculiari promissione posset. De primiciæ Ecclesiæ exemplis, nihil opus est dicere. Vide 1. Cor. 7. Quid vero omnibus præcipi coniugium & quam cito præcipitur? nempe vt malo virginitati subueniatur. Itaque mox vt quis virginitatem, nubendum, & maritus sit illa lex posita, nec diem abesse licitum. Quid hoc aliud est, quam licentiam concupiscentiæ aperire? Eodem modo Piscator, Nesciunt, quid agant, quamdiu continentiam sint habituri. Quæ ratio si vim habet aliquam, multa negotia in vita impediunt necesse est, cui enim vxor ægra est, qui in via est nescit, quamdiu continentiam sit habiturus. Rogandus Deus, qui dabit vires reprimendæ honestis studijs, carnis luxuriæ. Caluinus in Harmonia Deum pronunciat bonum, vt viro iuncta sit vxor, errare eos qui eximunt cælesti vocatione. non enim omnibus data continentia.

Respondeo. Donum Dei esse continentiam, castitatem, non ideo tamen à voto eius nos arceri. Dona enim Dei sunt fides, spes, charitas, iustitia, fides coniugalis, castitas matrimonij. Non tamen idcirco virtutes illæ, non possunt capi: nolentibus enim non dantur, & qui illis carent donis, sponte sua priuantur, possunt capere, si voluntas sit capiendi.

§. 6. Verum domi suæ adue sarios conuenientiam Matrimonium illi contrahunt, qui dono castitatis se carere profitentur, sunt inter eos matrimonia, sunt & adulteria, unde adulteria? Respondent eos qui mœchantur, donum castitatis coniugalis non habere: si enim illo dono essent præditi, alieni toti non essent infessores. An igitur donum illud habere non possunt? An adulteria excusabunt? quia contra illa armati non fuerunt? Absit, donum enim continentie & fidei coniugalis habere poterant, nisi libidinibus agitati, illud vel capere noluerunt, vel acceptum excutere voluerunt. Incerti sunt utique in tanta turba labentium, an donum castitatis coniugalis habeant, an semper habituri sunt, quomodo igitur fœdus sacrum inire, fidem polliceri coniugibus audent: de dono suo incerti? Incerti enim illi sunt qui labuntur. Incerti & illi, qui labi possunt. Respondere hic sine dubio oportet. Sperare se diuina gratia & custodia munitos, contra tentationes carnis firmos & inuictos fore. Donum Dei est, & rarum inter suos torum immaculatum & coniugium sanctum, sed de Dei tamen misericordia bene sperare. Hæc eadem maiore animo fiduciaque respondent cœlibes; nam cum arduam & laboriosam castitatem amore Creatoris amplexi sint eius consilio obsecuti largiorem etiā Dei manum, & ad sui defensionem promptiorem sperare licebit. Mihi vero etiam aduersarij impudenter sua crimina fœtenti acculandi

castitate